



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

LVIII. Commutatio rerum inter Erchimbaldum Comitem & Arestagnum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

Ercamboldus Notarius ad vicem Agilmari recognovi.

Data x i. Kal. Novembris anno Christo propitio imperij Domni Hlotharij Pij Imperatoris in Italia xx i i i i. & in Francia i i i i. Indictione vi. Actum Aquisgran palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

L V I I I

Commutatio rerum inter Erchimbaldam Comitem & Arestagnum.

An. 844.
Ex eodem
chartulario.

ANtiqua legum ratio & majorum vetus promulgavit auctoritas ut pro incertum vitæ humanæ tempus mortisque casus, traditiones, venditiones, & commutationes invicem factas, datas, & acceptas ob firmitatis indicium litteris commendatas ad posterum notitiam. Hoc igitur exemplo muniti Regumque constituta servantes vir illustri Erchimbaldus Comes & ab alia parte Arestagnus venerabilis vir. * inter se commutationem factam legitime secundum mutuum conventum & opportunitatem utriusque loci presentibus litteris indiderunt. Prefatus Erchimbaldus donat atque commutat partibus jandicti Arestagni & vxoris suæ Gimbergæ res de comitatu Viennense pertinentes ad Ecclesiam * martyris. In quam donationem reverentissimus pater Agilmarus ejusdem Ecclesie vocatus Archiepiscopus clericisque consentiunt. Ipsæ verò res consistunt in pago Viennense, in agro Ananocense, in loco qui vocatur Argentaus, & est ibi basilica una in honore sanctæ Mariæ constructa, & unâ cum presbyteratu. & habentur in ipso territorio mansiones iv. cum molendino uno. De terra culta sunt ibi modias cl. xx. prata unde possunt educi fœnum, silvæ ex parte instructuosa: & ex parte fructifera, unde possunt saginari porci viginti. Et hæc cuncta ex omni parte terra ipsius Arestagni. Quicquid etenim de præscriptis rebus supra scripta terminatio circumdat, per præsentem scripturam antè nominatus Comes Archimbaldus Arestagni commutat ad jus proprietatis, ut ex hac die potestatem habeant donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid inde facere voluerint, pro stabilitate fruantur tam ipsi quam heredes eorum. Similiter ad vicem donat atque commutat Arestagnus & jam dicta uxor ejus * Erchimbaldi Comitis & sacrosanctæ Ecclesie beati Mauricij res suæ proprietatis in eodem pago Viennense, in agro Roionense, in villa me * basilicam unam cum presbyteratu in honore sancti Bardulfi constructam, & ex alia basilica sancti Petri & presbyteratu i i i i. portionem & mansiones i i i i. & vineas unde procedunt vini mod. c c l x. terram cultam in modias i i i. pratum unde exit fœni carrada * & quicquid in hac villa fuit vilis possidisse, prædicto Comiti facta commutatione transfundit, ut ipse & successores ejus potestate utantur sicut cetera beneficia. Volumus autem & constituimus ut hæc commutatio inter nos facta omni tempore permaneat, cum stipulatione subnixâ. Actum Viennæ publicè. Ego in Dei nomine Edenus Diaconus hanc

commutationem scripsi datavi i i i. Nonas Aprilis anno i i i i. regnante Domino nostro Lothario Imperatore, Indictione v i i. Agilmarus vocatus Archiepiscopus hanc commutationem relegi. In Christi nomine Erchimbaldus Comes commutationem à me factam recognovi & manu propria signavi. S. Sigenus S. Vvirannus. S. Scharodus Abbas. S. Hermunbodus. S. Aldulfus. S. Erlulfus Chorepiscopus. S. Arnulfus. S. Balcherius. S. Severus Presbyter. S. Natalis Presbyter.

L I X.

Præceptum Karoli Calvi pro quibusdam Hispanis.

IN nomine sanctæ & individue Trinitatis, Karolus gratia Dei Rex. Cùm clamoribus pauperum autem celsitudinis nostræ accommodantes benignum assensum præbemus * Idcirco notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesie fidelibus & nostris presentibus atque futuris quia quidam Hispani in comitatu Biterrensi consistentes, ac in nostræ proprietatis prædiis commanentes, id est, Ranemirus, & Hansfemundus Presbyter, Aurifolio, Elias mirabilis, Presbyter Cicilia, dum obfideremus Tolosam, & moratorem in monasterio sancti Saturnini, adeuntes serenitatis nostræ fastigia, innotuerunt mansuetudini nostræ qualiter Idericus & Petrus seu Emensilus & quamplures eorum propinqui, & progenitores eorum confugerint in villis quæ dicuntur Alpirianus & Albinianus, & eas iuste tenerent & proprietario jure. Quas siquidem aprifones prælatorum Hispanorum progenitores per licentiam seu concessionem avi nostri Karoli, ac post obitum illius, genitoris nostri Augusti Ludovici, ex deserti squalore habitabiles frugumque uberes proprio labore fecerunt. Quam denique rationem, de more regali, fidelibus nostris venerabilibus, hoc est, Notoni Archiepiscopo, necnon & Elmerado sacri palatii nostri Comiti, Sunifrido etiam Marchioni, & Suniario Comiti, diversisque nobilibus nostris, omnimodis investigare decrevimus &c. Iubemus ut ab hodierna die & tempore nullum hominum liceat eisdem Hispanis posteritatisque eorum, & ipsis qui postea ad eorum fidem venient, aliquo die cum dictis aprifonibus sive hereditatibus, id est, de domibus, vineis, terris, hortis in præscriptis villis consistentibus aliquam inferre calumniam aut illam facere contradictionem; sed sicut à progenitoribus magnisque Imperatoribus parentibus eorum constat esse concessum, ita ipsi & filij filiorum suorum usque in seculum cum omni securitate ipsas res teneant atque possideant, & sub muniturdo nostræ defensionis contra omnium infestationem semper consistant. Sed si etiam ex ipsis aliquis absque filiis & nepotibus mortuus fuerit, volumus, atque per hæc nostram auctoritatem concedimus ut eadem res proximioribus suis parentibus revertantur, licentiâque inter se vendendi & concambiandi plenissimè habeant. Hæc autem magnificentie nostræ auctoritas ut

An. 844.
Ex archi-
vo Ecclesie
Biterrensis.